

quam vulgo, notus 1. Cujus de virtutibus dubito, quemadmodum exponam, quod vereor, si res 2 explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, sed historiam 3 videar scribere: si tantummodo summas 4 attigero 5, ne rudibus literarum Græcarum 6 minus lucide appareat 7, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram 8, quantum poterō; & medebor 9 cum fatietati 10, tum ignorantia lectorum 11. Phœbidas, Lacedæmonius, cum exercitum Olynthum duceret 12, iterq; per Thebas faceret, arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur 13, occupavit impulsu perpaucorum Thebanorum 14, qui

1 Secus atque Epaminondas, cujus fama celebratur ore omnium; Pelopidæ non tam celebratione loquentium quam scriptis perviget. 2 Expositionem negotii. alii si eas scilicet virtutes. 3 Hæc scriptio publico actui rerum aptior. Sed vita privatim meribus servit, ideoque simplicior. Sic Plat. Alexandri princ. distinguit; ὅτι ἰσορίας γράφομεν, ἀλλὰ βίης. 4 Scilicet res aut narrationes; rerum capita indicata potius quam narrata. fastigia summa vocat poeta. τὰ κορυφαίότατα. 5 Similiter alii locuti. v. Savaron. ad Sidon. Ep. 1, 2. 6 Rerum ac monumentorum Græcorum ignaris. 7 Obscurum maneat. 8 Opera feram. 9 Cavebo, ne vel prolixior sim, vel brevior & obscurior. 10 Fastidio ex multitudine. 11 Insignis apparet hic cura Historici in instruendo lectore, servandoque descriptionis modo. 12 In auxilium Amyntæ Macedonis, urbem Thraciæ Olynthum oppugnaturi. 13 A Cadmo, qui Thebas condidit, unde Cadmea antiquum nomen oppidi, quod cum amplificaretur urbs, arci remansit. 14 Archiæ, Leontidæ & Philippi.

